



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrrippinæ, 1671

Art. II. Quodnam fuerit primum peccatum Angelorum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

Objicunt ultimò: Si Angelus in puris naturalibus constitutus, non posset peccare contra precepta naturalia, eorum observatio non esset libera, nec subinde libertaria: Sed hoc non est dicendum: Ergo nec illud. Sequela probatur: Angelus esset ad illam observationem ex natura indeterminatus: Ergo illa non esset ei libera. Respondeo distinguendo Majorem: Non esse libera, quod specificationem, & libertate contrariatur, concedo: quoad exercitium, & libertate contradictionis, nego. Sicut enim Beati liber amant nos, & ea quæ non habent necessitatem connectionem cum Deo, nec tamen peccare possunt circa talia objecta: sed ad illa necessitantur quod specificationem: ita similiter Angelus in puris naturalibus constitutus, libere quoad exercitium operaretur, & necessariò solum quod specificationem. Licet enim in talibus non haberet potentiam ad bonum & malum indifferentem, haberet tamen indifferentiam ad hoc vel illud bonum hic & nunc amandum, quia non necessitatetur ad hoc ut semper et in aequali amore omnis boni in particulari: hanc autem differentiam & libertatem sufficere ad meritum, patet in Christo, in beata Virginem, & aliis Sanctis confirmatis in gratia, qui perfectissime meruerunt, quamvis in illis non esset potentia ad peccandum, & indifference ad bonum & malum, nec subinde libertas specificatio- nis & contrarietatis.

ARTICULUS II.

Quodnam fuerit primum peccatum Angelorum?

Circa primum Angelorum peccatum variæ sunt Theologorum sententiae. In primis enim illi qui corpora vel Angelis omnibus, & vel demonibus affigunt, tale peccatum eorum fuisse consentaneum, ut cum orbi huius administrando propositi essent à Deo, mulierum capti species, super cuius eis consuetudinem habuerint, ac propter eam impietatem & flagitium, è celo dejecti sint. Ita docet Clemens Alexandrinus lib. 2. Padag. cap. 2. ubi ait quod mali Angeli, duplachridinum reliquerunt, propter pulchritudinem que flaccisit, & propterea è celo delapsi esse. Et lib. 3. Stromat. Angelii quidam (inquit) intemperantia duci, vidi cupiditate, huc è celo deciderunt. Idem sentire videtur Tertullianus lib. de idolo- laria cap. 9. ubi malos Angelos vocat, desertores Dei, & amatores feminarum, & propterea damnatos à Deo esse afferit. Et in libro de Virginibus vendidis, cap. 7. ad Angelos refert illud quod apostolus ait 1. ad Corinth. 11. mulieres in Ecclesia debetē velati, propter Angelos Dei: ne faciliter eatum pulchritudo, illecebra sit Angelis, ad eas libidinose amandas: quos (inquit) legimus à Deo & celo excedisse, ob concupiscentiam feminarum. Unde concludit: Debet ergo adumbrari facilius & periculo, que si que ad celum scandalum jaculat. Eadem sententia favere videtur Ambrosius lib. 1. de Virginibus, ubi sic ait: Quam præclarum autem Angelos propter intemperantiam suam, in scandalum excedisse de celo; virginem propter castitatem in celum transisse de celo. Hie error tuus dispat. 1. confutatus est, ibi enim ostendimus Angelos nulla habere corpora naturaliter sibi unita, sed esse puros spiritus, ab omni materia.

Tom. II.

A labo segregatos. Unde hac prætermissa sententia:

Sunt aliqui inter Theologos qui assertunt primum Angelorum peccatum non fuisse quidem luxuria corporeæ, ut citati Authores existimarent, dicunt tamen eos primum peccasse peccato luxuria spiritualis, consistentis in nimia delegatione seu complacentia de seipso, seu de propria excellentia. Ita Scotus in 2. dist. 6. quæst. 2. Alii invidiâ primum eos esse lapsos existimant, quia nimis aut hominum generi invidissime volunt, aut eorum Principi & capiti Christo. Valentia vero, & nonnulli alii, censent primum Angelorum peccatum fuisse quidem superbia; potuisse tamen esse alterius generis aut speciei, putata inobedientia. Demum S. Thomas hic artic. 2. quem sequuntur omnes ejus Discipuli, & plures ex Recentioribus, docet in Angelis non fuisse, nec esse potuisse aliud primum peccatum, quam superbia.

§. I.

Statuitur prima Conclusio.

Dico primum: primum Luciferi peccatum, tandemque cæterorum, fuit superbia propriè dicta.

Probatur: De actionibus liberis Angelorum sentiendum est juxta eā quæ ex Scriptura & ex SS. Patribus habemus; cum enim sint res supernaturales, de se nobis occultæ, solum mediante diuinâ revelatione, quæ per Scripturam & SS. Patres ad nos derivatur, nobis manifestantur: Sed ex Scriptura & Patribus aperte colligitur, primum Angeli peccatum fuisse superbiæ propriè dictam: Ergo ita & non aliter sentiendum nobis est. Major patet, Minor vero ex variis Scripturæ & SS. Patrum testimoniosis declaratur: In primis enim Itaie 14. in persona Regis Assyriorum allegoricè describitur peccatum principis Dæmonum: Sed ibi dicitur: *Detracta est ad inferos superbia tua: quomodo cecidisti de celo Lucifer,* qui dicebas in corde tuo, *in talum descendam: &c;* quæ verba manifeste sunt superbia: Ergo superbia fuit primum Luciferi peccatum: Item Ezechiel. 28. ubi sub persona Regis Tyti describitur peccatum diaboli, illi dicitur: *Elevatum est confitum in devere tuo, &c.* Sed elevatio cordis, superbia est: Ergo & primum Luciferi peccatum.

Magis litteraliter id probatur aliis Scripturæ testimoniosis: primum habetur Lucæ cap. 10. ubi sicut advertit D. Gregorius lib. 23. Moral. cap. 7. ut Christus reprimet elationem discipulorum gaudientium de eo quod dæmones illis subjiciebantur, dixit: *Videbam Sathanam sicut fulgur de celo cadentem: significans illum propter superbiæ cecidisse.* Et Apostolus iad Timotheum 3. ait: Neophyti non esse eligendum in Episcopum, ne in superbiæ elatus, in iudicium incitat diaboli; id est ne damnationem diaboli subeat, imitando ejus superbiæ. Ergo diabolus damnationem subiicit propter superbiæ. Denique Tobia 4. Tobias dixit filio suo: *Superbiæ nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio:* Atqui omnis perditio homini, immo & Angelorum, sumpsit initium à peccato principis dæmonum: Ergo peccatum illius fuit superbia, quam alii Angeli apostatae imitati sunt.

Favent etiam SS. Patres, diabolum, ejusque latellites, non alio prius quam superbia peccato corrufasse, passim asserentes. Nazianzenus enim

DISPUTATIO DECIMATERTIA

38. dicit primum Angelum, ob splendorem prius appellatum Luciferum propter superbiam, caliginem effectum esse & nominatum. Hieronymus in cap. 16. Ezechielis, superbiam, proprium diaboli, primumque peccatum vocat. Ambrosius vel alius Author Epistolæ ad Demetriadem, quæ inter Ambrosianas ponitur: *Hæc superbia* (inquit) à diabolo sumpsit exordium: qui quoniam suā, quam à Creatore accepit a potentiā & dignitate sibi placuit, sequit Authoris sui gloria comparavit, cum iis Angelis quos in consensu impietatis sua traxerat, à cœlesti sublimitate dejectus est. Ac subinde: *sive itaque in lapide diaboli, sive in prævaricatione hominis, initium peccati superbia est.* Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 87. ait quod Lucifer in veritate non stetit, sed à luce sua superna, quam deo habebat, superbia merito abscessus est. Et in Psal. 18. hæc verba Regii Vatis expendens: *si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo, per delictum maximum, intelligit superbiam,* & subdit: *Hoc est delictum, quod dejectus Angelum, quod ex Angelo fecit diabolum, eique in eternum interclusit regnum celorum.* Propter lib. 3. de vita contemplativa cap. 3. *Superbia ex Angelis damones fecit, humilitas homines sanctis Angelis similes reddit.* Denim Bernardus in primo sermone de Adventu: *In initio omnium peccati superbia, quemam velocius ipsum quoque sideribus cunctis clarissimam eternam caligine obtenebravit Luciferum: qua non modò Angelum, sed Angelorum principem, in diabolum commutavit.* Et lib. 1. de anima: *Superbia de superioris ad ima præcipitat, humilitas ab imis ad alta levat.* Angelus è calo in tartara corrut: homo de mundo ad calum ascendit. Item in Tractatu de modo bene vivendi serm. 37. *Superbia* (inquit) *radix omnium malorum: Angelos depositi, potentes stravit, superbos dejectus.* Hinc superbia communiter peccatum demonum appellatur: & Job 42. Lucifer vocatur *Rex super omnes filios superbiam*, ed quod omne sublime videat. Ergo juxta Scripturam, & SS. Patres, primum Angelii peccatum fuit superbia.

38. Et hoc adhuc ex eo maximè suaderi potest, quod peccatum superbia material habet proportionatam naturam angelicam: est enim superbia inordinatus excellentia appetitus, teste Augustino 14. de civitate cap. 13. & D. Thoma 2. 2. quæst. 62. art. 1. Appetitus autem excellentia, ex genere suo est valde spiritualis, ideoque natura purè intellectuali maximè proprius. Unde idem Augustinus lib. 11. de Genesi ad litt. cap. 15. adverterit quod non peccavit Angelus, amando pecuniam, nec ex libidine; utpote qui naturam habeat totius corporis expertem; sed ex inordinato excellentia appetitus.

39. Potestque hoc confirmari ex infra dicendis: quia nimur, ut articulo sequenti ostendemus, primum peccatum Angelorum non fuit aliud quam dilectio proprii boni, propriaque perfectionis & excellentiae, nempe sua beatitudinis naturalis, non ordinando illam in Deum ut finem supernaturalem, sed ipsi ut fini ultimo inhærendo: Atqui haec dilectio est amor seu appetitus inordinatus propriæ excellentiae, ut constat, ut enim talis appetitus sit ordinatus, debet referri in Deum tanquam in ultimum finem supernaturalem: Ergo Angelus primò peccavit ex inordinato propriae excellentiae appetitu. Unde Gregorius lib. 34. in Job cap. 17. Ita Deus (inquit) *super omnia est, ut ipse sub nullo sit.* Leviathan verò iste, ejus celitudinem culmen aspiciens, *jus perverse libertatis appetit, ut & præcesset ceteris, & nulli subesset.*

A dicens: *Ascendam super altitudinem nubium, & simila ero Altissimo.* Cujus eo ipso similitudinem perdidat, quod esse ei superbis simili in celitudinem concupit. Qui enim charitatem ejus imitari debuit, subdicens ambi ejus celitudinem, & hoc quod imitari poterat, amissus, Celsus nimurum esset, si ei qui veraciter cœsiverit, inherere voluisse. Celsus esset, si participatione retulitudinem superbè appetit, jure perdidit participationem. Relicto enim eo, cui deberet inhære principaliter, sibi sufficere posse judicavit; & tanto magis infra se cœdū, quantum magis se contra gloriam sui conditoris erexit.

B Confirmitur amplius: Nolle subjici Deo, excellenter, est peccatum superbie propriæ dictæ: Sed Angelus amando suum bonum, suamque excellentiam, cum exclusione subordinationis ipsius ad Deum ut ad ultimum finem supernaturalem, noluit subjici Deo tanquam excellenter: Ergo peccato superbie propriæ dictæ peccavit.

Dices tamen: Peccator in quocumque peccato lethali non vult subjici Deo ut excellenter, & tamen non ob id peccat peccato superbie propriæ dictæ: Ergo ex eo quod Angelus in primo suo peccato noluerit subjici Deo ut excellenter, male inferimus, tale peccatum fuisse superbie propriæ dictæ. Consequentia patet, Antecedens probatur. Peccator in quocumque peccato lethali vult inhære sibi tanquam ultimo fini, & avertit à Deo: Ergo & illi non subjici tanquam superiori.

C Confirmitur: Quamvis nolle subjici Deo ut excellenter, constituit speciale peccatum superbie, quando peccator directe & per se illud intendit, non tamen si per se intendat aliud aliud, ad quod concomitantē & per accidentem solum se habeat nolitio talis subjectionis: Sed Angelus primò peccans, per se & directe intendit hoc quod est nolle subjici Deo ut excellenter, utpote cum ex una parte non peccaverit primum, eligendo aliquid quod esset malum ex parte rei volitæ, sed quod tantum esset malum ex parte modi appetendi, hoc est non appetendo illud eo modo quo debebat, ex aliave parte, nolle subjici Deo, per se directe intentum, sit quid malum, non solum ex parte modi appetendi sive volendi, sed etiam ex parte rei volitæ: Ergo solum Deo subjici renuit, in quantum per se & directe voluit sibi tanquam ultimo fini inhære; quod non constituit specialem rationem peccati superbie, sed est conditio lequens omne peccatum.

E Sed contra: Licet peccator in quocumque peccato nolit subjici Deo, cùm hac tamen differentia contingit, quod in peccato superbie per se, sicut ex parte modi volendi, hoc intendit, in aliis vero peccatis, solum per accidentem & consequenti: v.g. in peccato luxuriarum, illud quod peccans per se intendit, non est aversio à Deo, sive nolle subjici illi, sed solum deleclatio illa que ex rebus venereis provenit. Unde confirmationem dico, quod licet Angelus primò peccans per se ex parte rei volitæ non intendit avertire se à Deo, & non subjicere se illi; ex parte tamen modi volendi seu operandi, per se hoc volunt, sicut ex parte modi appetendi.

F Diligenter observandum est, non subiectio, & nem ad Deum, duobus modis intendi possit peccatore; per se & formaliter, & per accidentem tantum ac materialiter: per se dicitur intendi in peccato superbie propriæ dictæ: per accidentem

omnibus alii peccatis mortalibus, quatenus A
feliciter in illis vult aliquid objectum malum,
verbis gratia in peccato luxuria rem veneram
fibratione delectabilis, ad cuius volitionem per
accidens volitare non subiectio ad Deum, ex eo
quod sic conjuncta cum predicto objecto, ut
quid illatum ex ipso. Rursus non subjectionem
ad Deum per se intendi, stat dupliciter: primò
formaliter ex parte rei volitæ, & in actu signato,
cum nimirum hoc quod est Deo non subjici, est
tertius principaliter volita, vel ejusmodi expressè
volitus: secundò virtualiter sive interpretativè
maritum, & in actu exercito, in quantum scilicet
aliquis volo objectum ex se honestum, & rationi
arerule divinae connotum: attameū sic se habet
in modo volendi, ac si vellat non subjici Deo,
quatenus nimirum non curat de apponendo in
suo adū quo vult prædictum objectum honestum,
illam modum quem prescribit divina regula:
propriaea enim virtualiter & interpretati
venientur velle ex parte modi volendi non sub
jaci Deo, nec divina regula. Porro hoc secundo
modo præcise, non vero primo, Angelus in pri
molu pessato voluit non subjici Deo, appen
dendo feliciter bonum rationi consonum & val
ore excellens, nempe suam beatitudinem natura
lē inordinato tamen modo, quatenus noluit
attendere ad mensuram sibi à Deo in tali dile
ctione taxatam, ratione cuius, & se, & prædi
ctum beatitudinem excellentiori alteri fini,
nempe Deo, ut est objectum beatitudinis super
naturalis, debet subjicere.

Denique probatur conclusio, convellendo
accipuum Scoti fundamentum. Ideo Scotus
ponit Angelum primo non peccasse peccato su
perbia, sed luxuria spiritualis: quia inordinatus
non concupivit bonum spirituale delectabile,
tempore beatitudinem naturalem, cuius ap
petitus, inquit, pertinet ad speciem luxurie spi
ritualis, quia ita cupiditas inordinata boni de
lectabilis corporalis, constituit speciem luxurie
corporalis; ita appetitus inordinatus boni spi
ritualis summe delectabilis, constituit speciem lu
xurie spiritualis. probatur, inquam, ultimo con
clusio, destruendo hoc frivolum & levissimum
fundamentum: Primo quia inordinatus delecta
tus affectus nō solum invenitur in luxuria, sed
etiam in gula, alisque similibus intemperantiae
vitis: Ergo dato quod primum Angelus peccatum
confiteri in deordinato delectationis affectu
propter suam excellentiam, non ideo magis
autem quod gula spiritualis dici debet.

Secundo, Si amor concupiscentia quo Angelus
beatitudinem naturalem inordinatus concupi
vit, sive luxuria spiritualis, sequeretur manifeste
quod quando aliquis inordinatus vult sibi divi
nis, vel cibos, vel honores, deberet ponit in tali
actu duplex deformitas, una pertinens ad spe
ciam avitatem, vel gula, vel superbia, & altera
ad speciem luxurie spiritualis; unde tenetur
quis confiteri se commississe peccatum luxuria
spiritualis: Sed haec absurdum sunt, & à communis
Theologorum sensu penitus aliena: Ergo &c.
Tertio, inordinata cupiditas cuiuscumque
delectabilis, pertinet ad idem vitium, quod ha
bette recipere per se primò tale delectabile; v.g.
delectatio inordinata in cibis, pertinet ad gulam;
in rebus, ad luxuriam; in honoribus, ad super
bia; sicut etiam in virtutibus, delectari de
aliquo objecto, pertinet ad illam virtutem, qua
parte potest habere recipere tale objectum: Er

go non pertinet ad luxuriam spirituale, tan
quam ad particulae vitium ab aliis distinctum.
Probatur Antecedens: quia bonum delectabile
non est bonum per se primò sub ratione delecta
bilis volitum: delectatio enim est quid conse
quens ad possessionem boni convenientis, cùm
sit quies in bono convenienti; unde sit quod
omnis habitus respiciens aliquod objectum tan
quam sibi convenientis, quando illud attingit,
faciat delectationem: Ergo complacere sibi, aut
delectari inordinatae in propria perfectione, aut
inordinatae concupiscere delectationem quae
consequitur ad propriam beatitudinem, non
constituit speciale peccatum luxurie spiritu
alis, sed pertinet ad illud idem vitium, cuius est
inordinatae velle suam celitudinem & excellen
tiā, scilicet ad vitium superbiae. Quare magis
adhuc absurdum est quod ait Scotus, nempe de
lectationem inordinatam in contemplatione
unius conclusionis Geometriæ, esse in nobis
actum luxurie spiritualis: est enim ad summum
actus curiositatis, & peccatum veniale.

§. II.

Statuitur secunda Conclusio.

Dico secundò, primum Angelorum pecca
tum non posse esse aliud quam superbiae
propriè dicta.

C Probatur conclusio hoc discursu: Omnia 46.
peccata vel sunt peccata commissionis, vel om
issionis; peccata autem commissionis vel sunt
actus prosecutionis, vel fugæ se recessus; &
rursus peccata quæ sunt actus prosecutionis, vel
sunt circa bona corporalia, vel circa spiritualia:
Sed primum Angelorum peccatum non potest
esse peccatum omissionis, neque actus per mo
dum fugæ, nec prosecutio bonorum corpora
lium: Ergo solum potest esse prosecutio bono
rum spiritualium: At hoc supposito non potest
esse aliud quam peccatum superbiae propriè di
cta: Ergo primum Angelorum peccatum non
potest esse aliud quam superbia Major patet:
prima autem Minor, quantum ad singulas par
tes, declaratur. Et in primis quod primum An
gelorum peccatum non possit esse puræ omis
sionis, sic ostenditur. Ut omisso sit peccatum
natura, debet esse voluntaria, seu volita directe vel in
directe, seu interpretativè; & quidem, vel per
modum finis ultimi, vel tanquam medium ad
finem ultimum ordinatum: Sed neutrò modo
fuit volita omissionis ab Angelo, dum primo pec
cavit: Ergo nullo: Ergo non peccavit per puram
omissionem. Major est certa, Minor probatur.
Et in primis non potest dici, omissionem esse vol
litam ab Angelo per modum finis ultimi; quia
omisso de se est negatio, vel privatio, unde ut
sit appetibilis, debet necessariò vestiri aliquo
bono apparenti, & aliquo fine: si autem dicatur
volita ut medium, aut finis intermedium in or
dine ad ulteriorem finem, jam supponet finem
ultimum prius volitum, finem, inquam, ultim
um malum, ac Deo oppositum; quia omisso
peccatum, cùm non sit referibilis in Deum,
non potest amari in ordine ad Deum ut finem
ultimum: Ergo non fuit primò volita, sed sup
ponit primum peccatum Angelus, velle volitio
nem deordinatam circa illum ultimum finem,
in ordine ad quem volita est ipsa omissionis.

E Confirmatur: Solum potest dubitari de illa 47.
omissione quā Angelus amavit suam beatitudi
nem naturalem, non ordinando illam ad super
naturalis.

naturalem, utrum potuerit esse primum peccatum Angelii? Sed peccatum hoc non est omissionis, sed commissionis: Ergo primum Angelii peccatum non potuit esse omissionis, sed tantum commissionis. Major probatur: quia primus actus qui reperitur in Angelo est praedicta dilectio, utpote necessaria quoad exercitium & specificationem, & constitutus Angelum in actu primo ad se movendum circa alia, ut antea declaratum est; aliunde vero praeceptum quod primò obligavit Angelum, est praeceptum negativum, quo tenebatur praedictum actum non elicere, nisi cum ordinatione ad finem supernaturalem. Minor etiam suadetur: Tum quia transgressio praecepti negativi, est peccatum commissionis, non vero omissionis: Tum etiam quia actus positivus inordinatus ex omissione aliquius circumstantie illi debite, verbi gratia celebrare Missam sine vestibus sacris, aut orare sine attentione, non est peccatum omissionis, sed commissionis: Atqui dilectio illa qua Angelus suamque beatitudinem naturalem diligit, est actus positivus, inordinatus ex omissione aliquius circumstantie, quam teneat illi adhibere, scilicet subjectionis & ordinationis ad Deum ut ultimum finem supernaturalem, qua est mensura seu modus servandus in dilectione propriæ excellentiæ, ad hoc ut sit ordinata & non peccaminosa: Ergo illa non potest esse peccatum omissionis, sed commissionis.

48. Explicatur & urgetur amplius: Peccatum omissionis dicit carentiam aliquius actus specialiter praecepti: Sed in eo quod est Angelum diligere seipsum, & suam beatitudinem naturalem, sine ordinatione in finem supernaturalem, non importatur formaliter carentia aliquius actus specialiter praecepti, sed potius actus positivus cum mala circumstantia, hoc est cum carentia circumstantie bona, sine qua prohibetur exerceri ab Angelo: Ergo in hoc non est peccatum omissionis, sed commissionis.

49. Quod autem primum Angelorum peccatum, non possit esse actus per modum fugæ & recessus, ut dicitur in secunda parte Minoris primi argumenti, manifestum est: quia omnis actus nolitionis & fugæ, supponit actum volitionis; nam cum nolito & fuga respiciant objectum repugnans & inconveniens, nihil autem dicatur inconveniens, nisi per ordinem ad conveniens, quia nimis vel est laetivum vel impeditivum convenientis; fit ut nunquam inconveniens fugiatur, nisi quia amatur conveniens, & consequenter fugam inordinatam inconvenientis, semper præcedit amor inordinatis convenientis: Ergo primum Angelorum peccatum, non potest esse actus per modum fugæ aliquius inconveniens, sed necessariò debet esse prosecutio aliquius boni eorum naturæ convenientis.

Ex quo probatur tertia pars ejusdem Minoris 50. principalis, quæ assertit primum Angelorum peccatum non potuisse esse prosecutionem bonorum corporalium: quia uit ait D. Thomas art. 2. hujus questionis, nihil afficitur nisi ad id quod est consonum & proportionatum sua natura: Atqui non bona corporea, sed sola bona spiritualia, sunt proportionata naturæ angelicæ: Ergo primum peccatum Angelorum, non potuit esse prosecutio inordinata bonorum corporalium, sed solum prosecutio inordinata bonorum spiritualium.

51. Confirmatur: Eodem modo schabet appeti-

A. tus intellectualis in Angelis, quo sensitivus in animalibus: Sed appetitus sensitivus non potest affici nisi ad bonum sensibile: ergo nec appetitus Angelorum, nisi ad bonum intellectualis. Unde idem S. Doctor ibidem observat, quod licet omnia peccata, etiam carnalia, possint esse in dæmonibus causaliter, & secundum reatum, quatenus ad illa homines inducunt, non tam tam formaliter & secundum effectum. Cujusrationem assignat Cajetanus: quia peccatum luxuria v.g. non reperitur formaliter nisi in eo qui per se ipsum intermediè potest actum venereum consummare; quod Angelo est impossibile, quia est formaliter operatio vita animalis, quæ est Angelus: unde peccatum illud quod committunt dæmones inducendo homines ad luxuriam, vel dum in corpore assumpto fiunt incubi aut succubi, non est ejusdem speciei formaliter, cum peccato hominis luxuriosi, sed causaliter tantum.

B. Quod autem supposito quod primum Angelorum peccatum non possit esse, aliud, quam inordinatus effectus circa spiritualia illi proportionata, sequatur hujusmodi inordinatus effectus debere esse actum superbiae propriæ dictæ, nam D. Thomas manifestè demonstrat: quia in effetu prosecutionis bonorum spiritualium, non potest esse peccatum, nisi per hoc quod in superioris regula non servatur: Sed non subdulgæ superioris, est peccatum superbia: Ergo affectu prosecutionis bonorum spiritualium, non potest esse nisi peccatum superbiae. Major probatur: quia bona spiritualia quanto summaiora, tanto sunt meliora, & ideo non possunt minus amari absolute; unde si in eorum amore excessus, oportet necessariò quod proveniat ei quod superioris regula non servetur.

C. Dices cum Vazque, ex hac ratione Divi Thomæ sequi primum Angelorum peccatum debuisse esse potius peccatum inobedientiae, quam superbiae: siquidem velle non subiecti regula superioris, est propriæ peccatum inobedientiae, non vero superbiae;

D. Respondeo quod velle per se non subiecti divinitati legi, pertinet ad duo virtutis, scilicet ad superbiam, & ad inobedientiam; cum hoc tamen dicimine, quod ad inobedientiam pertinet per modum fugæ & recessus, & quatenus formaliter lex divina habet rationem legis à Deo ut supremo legislatore dimanantis; ad superbia verò pertinet per modum prosecutionis, & quatenus lex divina non habet formaliter rationem legis, sed regula dignitatis & excellentiæ creature, à Deo ut excellentissimo, & singulis suas excellentes cum mensura distribuente, dimanantis. Hujus rationem assignat Cajetanus 2.2. quast. 16.2. art. 3. sicut enim est proprium obedientie velle subjectionem ad divinam legem, ut formaliter illa à supremo legislatore procedens; ita est proprium inobedientiae nolle subjectionem ad illam, & ad Deum ut supremum legislatorem. Similiter discut est proprium humilitatis moderari appetitum tendentem in excelsa, apponendo illi modum subjectionis ad divinam legem, ut formaliter & regula illiusmodi est proprium superbiae apponere inmoderantiam hujusmodi appetitum, & non subjectionem ad divinam legem, ut formaliter habet rationem mensura & regula propria dignitatis & excellentiæ. Quod ergo D. Thomas ait quod non subdulgæ regula superioris est peccatum superbiae, intelligendus est de non subjectione ad legem, non ut formaliter habentati-

E. nem
act
inob
divin
excel
nolle
pri

Ex
prin
atend
potuit
à rece
apro
enore
dumta
sam: in
grinam
rias. Ex
fir, ne
Nec
si alt
ponere
cessillat
sum,
vult ora
quam q
naturu
dope
le h
quod re
sum ne
stud in
lucpor
medu
conseq
crica fin
Infer
tum no
ajubiti
menta
st obje
polita
iam aet
li deo
zulegat
et erro
bt. Eig
Infer
non fu
mostr
dono pro
ut prop
ut ab
mitat
quod pac
ut fuit
andie.
Nec
Quod en
natur
preferen
los Ang
no invi
ficiatur
naturam
salutem

DE PRIMO PECCATO ANGELORUM.

437

nem legis praeceptis vel prohibentis aliquem actum (hc enim non velle subjici legi est actus inobedientia) sed de non subjectione ad legem divinam, ut est regula & mensura dignitatis & excellentie omnium creaturarum; qua ratione nolle subjici legi divinæ, est actus superbiae propter dicta.

§. III.

Corollaria praecedentis doctrinae.

Ex dictis inferes primò contra Valentiam, quod primum Angelorum peccatum non fuisse, nec esse potuisse actum inobedientiae. Ut enim supra ostendimus, primum Angelorum peccatum non potuisse esse actus inordinatus per modum fugæ & recessus, sed debuit necessariò esse inordinata prosequitur; et quod omnis fuga mali sit ex amore aliquid boni, & ita nolitus & fuga deordinata, debet supponere volitionem deordinatum: inobedientia autem, ut diximus, respicit divinam legem, per modum fugæ & recessus ab ipsa: Ergo primum Angelorum peccatum, nec fuisse, nec esse potuisse auctus inobedientiae.

Nec valer si dicas cum Valentia, quod quamvis auctus nolitus deordinatus posset præsupponere volitionem deordinatam, non tamen necessariò, sed potest etiam præsupponere bonum, ut patet in eo qui vult non obediens quia vult orare. Non valet, inquam, nam præterquam quod hoc est fallum; quia quando quis tenetur obediens alicuius præceptio, peccat voluntario tunc aliud quantumcumq; alijs de honestum, cuiusmodi est oratio; ex eo quod recta ratio dictat: bonum etiam de se honestum non esse prosequendum, quando aliiquid aliud incompibile est peragendum. Addiabut potest, Angelum non posse deordinari circa media, seu in electione, aut fuga alicuius ad consequendum finem, nisi prius deordinetur circa finem; quia debet incipere peccare à fine. Infers secundò, primum Angelorum peccatum non potuisse esse odij, vel desperationis, aut impunitia: quia scilicet odium & desperatio pertinet ad quandam fugam voluntatis, attingens objectum ut disconveniens & nocivum; impunitia vero non versatur circa objectum quantum est de semiorbita bonum, sed circa malum, & id supponit errorem intellectu, per quem negligetur; in intellectu vero Angeli non potest esse errorante primum peccatum, ut infra patetur. Ergo &c.

Infers tertio, primum Angelorum peccatum non fuisse invidiam: quia ut discrit D. Thomas in 2. dist. 5. quest. 1. art. 3. ad 2. Invidia est dolor diuinoproferitatu, in quantum est impeditiva alicuius boni proprii. Divina autem felicitas non est impeditiva alicuius boni proprii, nisi quod in ordinate desideratur; quia ab eo omne bonum descendit: & ita odium & invidia loquitur de utroq; simul præsupponunt aliquod peccatum, per quod voluntas deordinatur. Et sic non fuit peccatum ejus (scilicet Angeli) odij vel invidie.

Nec obstat illud Basilius homilia de invidia: Quid enim principem malorum Dæmonum ad bellum impulerit inuidiam, per quam Dei adversarius deponentius fuit? Nam per hoc solum intendit malos Angelos, cum essent in via, peccasse peccato inuidie: quia art. D. Thomas hīc art. 2. post peccatum superbia, consecutum est in Angelo peccante malum inuidie. Invidiam quippe (telle Augustinus)

Tom. II.

A no superbia continuò parit, nec unquam est sine lib. de tali prole atq; com te. Unde idem S. Doctor Sancta Genesii ad litteram cap. 14. de Angelo peccante hac scribit: Nonnulli dicunt ipsum ei fuisse casum à supernis sedibus, quod inviderit homini factu ad imaginem Dei. Porro hec invidia sequitur superbiā, non procedit. Non enim causa superbiendi est invidentia, sed causa invidendi superbia. Cum igitur superbia sit amor excellentie propria, invidia vero sit odium felicitatis alienæ, quod inde nascatur satis in promptu est. Amando enim quisque excellentiam suam, vel paribus invidet, quod ei coequantur; vel inferioribus, ne sibi coequentur: vel superioribus, quod eis non coequetur. Superbiendo igitur invidus, non invidendo quisque superbius est. Merito initium omnis peccati superbiā scriptura definit, dicens: initium omnis peccati superbia. Similiter Leo Papa Serm. 4. de Collectis, prius superbiā quam invidiam deliquisse Sathanam assertit. Primum (inquit) superbus, ut caderet; deinde invidus noceret, &c.

§. IV.

Solvuntur objectiones.

Contra praecedentes conclusiones objicit primò Scotus: Peccatum superbiæ propriæ dicitur consistit solum in appetitu deordinato propriæ excellentia relata ad alios, cum sci-
liet aliquis vult alijs præesse, eosq; regulare: Sed primus Angelus non peccavit ex eo quod voluerit alijs præesse, eosq; regulare: Ergo non primò peccavit peccato superbiæ propriæ dicitur.

Respondeo negando Majorem: nam ex qua-
tuor speciebus superbiæ, quas D. Thomas 2.2.
quæst. 162. art. 4. refert ex Gregorio, tres primæ nihil dicunt de excellentia relativa, sed tantum quarta: & Augustinus 14. de civit. definit superbiā, per celitudinem, quæ est quid absolu-
tum, & alibi per excellentiam, quæ potest sumi
relativè. Unde objectum superbiæ, in tota sua latitudine accepta, non est excellentia relativa,
sed excellentia communiter se habens ad absolute
lum & relativam.

Objicit secundò: Peccatum superbiæ est appetitus inordinatus propriæ excellentia: Sed primum Angelorum peccatum non potuit consistere in tali appetitu: Ergo neq; in actu superbiæ. Minor probatur: Appetitus inordinatus propriæ excellentia, est ordinatus amor concupiscentia sui ipsius: Sed inordinatus amor concupiscentia, non potuit esse primum peccatum in Angelis; quia inordinatus amor concupiscentia, præsupponit necessariò inordinatum amorem amicitiae: Ergo primum Angelorum peccatum, non potuit consistere in appetitu inordinato propriæ excellentia.

Respondeo concessâ Majori, negando Mi-
norem. Ad cuius probationem, dico, inordinatus appetitus propriæ excellentia non esse so-
lum amorem concupiscentia, sed etiam amicitia: nam cum amare sit velle bonum alicui, non
potest esse amor concupiscentia, qui non sit
etiam amicitia, neque est contra; siquidem quan-
tenus amor respicit bonum, quodcumq; illud sit, est amor concupiscentia; ex eo quod pre-
dictum bonum, est id quod concupiscitur; quan-
tenus vero respicit subjectum cui vult illud bonum, sive sit distinctum, sive non, est amor
amicitiae, quia predicta persona est id cui volu-

III 3

mas

mus illud bonum. Cūm verò additur, quod inordinatus amor concupiscentiae præsupponit necessariò inordinatum amorem amicitiae, respondendum est, hoc esse verum, non de reali & formali præsuppositione, sed de virtuali tātūm, & adhuc in aliquo certo genere cause, scilicet in genere finis cui; sicut etiam idem amor amicitiae præsupponit necessariò, non præsuppositione reali, sed virtuali, amorem concupiscentiae: unde non est necessarium, quod duo illi amores distinguantur realiter, sed solum quoad terminacionem ad diversa objecta.

62. Objetetur tertio: Peccatum superbiæ specialiter dictæ, in eo solum consistit, quod quis appetat quod non est sibi debitum, & quod non potest proprijs viribus adipisci: Sed Angelus in primo peccato non appetit aliquid quod non esset sibi debitum, & quod non posset proprijs viribus ad ipsi: Ergo non peccavit peccato superbiæ specialiter dictæ. Minor videtur certa: nam, ut dicimus articulo sequenti, Angelus primò appetuit suam beatitudinem naturalem, quæ connaturaliter est ei debita, & quam proinde potest proprijs viribus adipisci, imò illam actu possidebat antequam peccaret, & tamen peccavit inordinate illam appetendo. Major verò sudetur: quia cūm superbiæ idem sonet ac super se ire, superbis tantum ille dicitur propriæ, qui appetit extollit supras se; quod non contingit nisi appetat aliquid quod non sit sibi debitum, nec ex proprijs viribus, acquisibile.

63. Respondeo negando Majorem: peccatum enim superbiæ non tantum in hoc consistit, quod quis appetat id quod non est sibi debitum, sed etiam in eo quod inordinate propriam excellentiam & perfectionem sibi debitam intendat, sive quod erga illam afficiatur, præter aut contra mentuam sibi à superiori præfixam: sic enim est nolle subiici superiori, ac illum spernere implicitè & interpretativè, subindeq; super seire, seu extollere se supras se: per quod patet ad probationem.

ARTICULUS II.

Quodnam fuerit objectum excellens circa quod Angelus primò superbiit?

S. I.

Quibusdam premis, referuntur sententiae.

Luciferum ex inordinato sublimitatis appetitur è cœlo corruisse, ex suprà dictis aperissimè constat: quæ verò illa fuerit altitude, qualisve excellentia quam appetit, tam varia sunt Theologorum placita, ut tot ferè sint sententiae, quot capita. Ut autem tanta opinionum diversitas in aliquem ordinem redigatur.

64. Praesupponendum est cum D. Thoma h[ic] art. 3. Diabolum de facto appetuisse esset ut Deum: hoc enim formaliter in Scriptura habetur, ut patet ex illo Isaie 14. Ascendam in cœlum, similis ero Altissimo: & ex illo Ezechiel 28. Elevatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris. Unde Augustinus in libro de questionibus veteris testamenti, ait Diabolum elatione inflatum, voluisse esse ut Deum. Quod eleganter expressit Nazianzenus, his versibus:

A Lucifer (eximio nam cūm frueretur honore) Sperabat regale Dei solumq; decusq;: Dum Deus esse cupit, terra caligine rotus Obrutus est:

Quo autem pacto Lucifer voluerit esse ut Deus, non levis difficultas est: pro cuius declaratione.

Observandum est rursus cum D. Thoma, duobus modis intelligi posse, Diabolum appetuisse ut Deum, scilicet per aequiparantiam, & per similitudinem: rursus verò per aequiparantiam potest dupliciter intelligi, scilicet appetendo qualitatem cum Deo absolutè, vel cum Deo homine, sive incarnato, volendo sibi unionem hypotheticam ad aliquam personam divinam, sicut sciebat per revelationem uniadam fore Verbo naturam humanam. Similiter etiam appetere esse ut Deum per similitudinem, committit dupliciter, scilicet appetendo ei assimilari quoad id in quo creatura intellectus nata est ei assimilari, nempe secundum dona gratia & gloria; & in hoc peccare non potuit Lucifer, nisi illam similitudinem appeterit, ut non habenda à Deo, sed ex propria virtute, & secundum iustitiam: secundò volendo ei assimilari in eis quo creatura non est nata illi assimilari; & haec similitudo potest attendi secundum multa, scilicet secundum negationem subordinations & dependentia ab alio superiori; secundum dominium absolutum suprà alias creaturas intellectus & tiales; & secundum quod ipse est sibi sufficiens bonum, nec in ulteriore finem ordinatur.

Hinc otrum habuit opinioneum diversitas inter Theologos. Quidam enim censent, Angelum peccasse appetendo, & qualitatem cum Deo absolutè. Ita docent ex antiquis Hugo i. S. V. & in summa tract. 2. cap. 4. ubi ait: Lucifer milis esse voluit Altissimo, non per imitationem sibi aequalitatem: Scotus in 2. dill. 6. quart. 1. & excentoribus Suarez, Vazquez, & Beccanus in praesenti. Alij dicunt peccasse appetendo unitem hypotheticam, ut Viguerius, Jacobus de Valencia; vel nolendo subiici Christo, illum ut dominum recognoscere. Quem dicendi modum sequuntur Melchior Flavius in libro detegno Christi cap. 6. & Jacobus Naclanus tractatione quarta Theologica. Sunt etiam qui existiment Luciferum per superbiam peccasse, & quod tyrannicum principatum, sive potestem aliquam in alios Angelos cæterasq; creaturas habi non debitam appetierit, volendo verbigrati omnia dona, quæ a Deo in alias creaturas dabantur, mediante ipso in illas derivari, vel appetendo cæteras alias creaturas intellectuales teneri ipsi ad nutum obediens tanquam domino & principi. Deniq; Discipuli Divi Thome coniuncter docent, beatitudinem naturalem suffici objectum excellens circa quod Angelus primò deliquerit, inordinato modo eam diligendo, & non iuxta regulam & mensuram prefiam a Deo, id est non ordinando illam in beatitudinem supernaturalem, nec subdendo eam Deo ut Authori supernaturali, & objecto beatitudinis supernaturalis longè excellentioris: hac enim ordinatio & subiectio erat mentura & regula illa taxata à Deo in prosecutione beatitudinis naturalis & propria excellentiae. Additum aliquo Angelum non solum peccasse circa beatitudinem naturalem, sed etiam circa supernaturalem, illam per modum complementi aut quasi complementi sua beatitudinis naturalis, propriis viribus